

CAPUT VIII.

Honor. III. Abbati, & monachis in a Lombardia, & Marebia b Tarvisina constituitis,

Ea que pro religionis honestate, ac religionum salute provide ordinantur, Apostolico sunt munimine roboranda, ut suscipiantur devotius, & diligentius observentur. Cum ergo per dil. f. Abbatem c Montisbelli quidam capitula nobis fuerint presentata, que ad castigandum transgressiones multiplices, & excessus quos in quibusdam cenobis invenerat, videbantur pro salute & honestate vestra laudabiliter statuenda, nos ea examinare, & corrigi fecimus, & precipimus ut inviolabiliter observetis, que sigillis ven. f. n. H. Officis, & N. Tufulanensis Episcoporum muniri fecimus ad cautelam. Ad hac volumus, & presentium auctoritate precipimus, ut Visitatores ad generale Capitulum convocent Abbates, & Priores non habentes Abbates proprios, tam exemptos, quam non exemptos Lombardie & Marchie, qui non consueverunt huiusmodi Capitulum celebrare: providentes ut in ipso Capitulo generali, canonico impedimento sublato, eos qui contempserint, vel neglexerint convenire, sublato cujuscumque contradictionis & appellationis obstaculo, ecclesiastica censura compellant, vel neglexerint convenire, sublato cujuscumque sententiam, quam in eos rite tulerint non relaxent: & usque ad satisfactionem condignam provida fuerint ordinata, firmiter observari; redditori tam ipsi, quam Visitatores, & alii, juxta cujuscumque ministerium, Domino, in cujus conspectu nuda sunt omnia, & aperta, in extremo examine rationem, si omnem sollicitudinem, & diligentiam, que circa correctionem, & reformationem Ordinis, ac visitationem cenobiorum impendenda fuerint, neglexerint adhibere. Porro cum Visitatores secundum statutum generalis d. Concilii ordinati a generali Abbate processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monasteriorum, & observantis regularibus diligenter inquirent, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant, & reformat, que viderint corrigenda; ita tamen, quod monachos delinquentes per e. Abbatem loci corrigi faciat, eisque injungi sententiam salutarem, juxta B. Benedicti regulam, & Apostolica instituta, non secundum normam pravæ consuetudinis, que quasi pro lege in quibusdam Ecclesiis inolevit. Ipsi etiam Visitatores monachos, quos contumaces invenerint, & rebelles, juxta modum culpæ vice nostra regulari censura percussant, absque personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiam amicorum: quin ovem moribundam eiciant ab ovili, ne inficiat sanas oves. Si vero Abbates in corrigendis juxta Visitatorum mandatum, & regulari instituta seipis, sive monachis inventi fuerint negligentes, proclamantur, corripantur, & ita puniantur publice in Capitulo generali, quod poena ipsorum sit aliis in exemplum. Porro si Abbas aliquis non exemptus fuerit a Visitatoribus nimis negligens inventus, & remissus, id loci Dioeceseo denunciet sine mora, & per illum deat ei fidelis & providus coadjutor usque ad Capitulum generale. Quod si dilapidator inventus fuerit, vel alias merito amovendus, per Dioecesanam, postquam hoc sibi a Visitatoribus denunciatum fuerit, amoveatur absque Judiciorum strepitu a regimine Abbatis, ac monasterio provideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate provisum. Quod si forsitan Episcopus hac adimplere noluerit, vel neglexerit, Visitatores, vel presidentes in Capitulo generali defectum Episcopi Apostolice Sedis non differant intimare. Hac eadem circa exemptos Abbates fieri precipimus per Visitatores, vel presidentes in Capitulo generali, deponitionem tantum ipsorum Sedis Apol. reservata; ita tamen, ut Abbate, qui amovendus videbitur, interim per Visitatores, vel in Capitulo presidentes ab administratione suspensus, administrator idoneus vicebeatur, interim per Visitatores, vel in Capitulo presidentes ab administratione suspensus, administrator idoneus vicebeatur. Illorum autem excessus & alia, que visa fuerint intimanda Capitulo, presidentes nobis denunciare per fideles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione Abbatum, juxta cujuscumque facultatem sufficienter ministrarentur expensa. Sequentes autem Visitatores perquirant priorum Visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias, & excessus referant sequenti Capitulo generali, & juxta culpam publice debitam poenam portent. Idem etiam de Abbatibus presidentibus generali Capitulo precipimus observari. Precipimus etiam, ut in nullo monasterio ad præbendas de cetero recipiant Abbates, & monachos, & clericos f. seculares, nec hi qui jam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio, vel refectorio, seu claustris sibi vindicare contendat, seu monachorum coetibus impertone se immiscere præsumant; sed beneficiis sibi concessis contenti, conversentur honeste, opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spiritualibus, aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis, vel usurpent. Si qui vero talium a Visitatoribus inventi fuerint criminiosi, per Dioecesanam in non exemptis, & per Visitatores, vel Presidentes in generali Capitulo in exemptis monasteriis beneficiis priventur eisdem. Hac autem omnia in monasteriis, que non habent Abbates proprios, sed Priores, necnon in monasteriis monialium quoad articulos Abbatissis & monialibus congruentes, precipimus observari.

NOTÆ.

Lombardia. Ita etiam legitur in quinta compilatione, sub hoc tit. e. 4. Lombardia duplex est una cis flumen Padum, alia trans Padum, que hodie proprie Lombardia vocatur a Longobardis, qui ibi sepe præteraverant, ut notavit Cirionius ad hunc textum. b Tarvisina. Tarvisinum Italia urbs nobilis, & perantiqua est, de qua nonnulla adduxi in c. 7. de consuet. c Montisbelli. Monasterium hoc ordinis D. Benedicti est in celebri Castro Marchie Tarvisinae, ut refert Cirionius hic d. Concilii. Relati in superiori textu.

Per Abbatem loci. Quando enim contra regulam peccatur, correctio precipue debet fieri per Abbatem, etiam vicariante Episcopo, e. 9. c. reverentibus, 26. de appell. in aliis vero sceleribus correctio spectabat ad Episcopum ante exemptionem monachorum, e. monasteria, 16. q. 2. docent Germonius lib. 3. de sac. institut. c. 2. n. 70. Britto de locato, 2. p. e. 1. n. 17. & supra notavi in c. fin. de regul. De hac correctione Episcopis competente plura adduxi in cap. grave, e. licet, de offic. ordin. f Clericos seculares. Juxta adducta in c. cum Magistrum, de elect.

TITULUS XXXVI.

De religionis domibus, ut Episcopi sint subjectæ.

CAPUT PRIMUM.

Gregorius VI. a Neapolis Episcopo.

Une ad hanc basilicam, que dedicanda est, illud debet disciri, quis, id est cujus civitatis, antequam basilica, que nuper fabricata est, fundaretur, b baptizaverit incolas, ad cujus cognationem sub annua devotione concurrunt. Non enim terminis, aut locis convenit diffiniri, sed illius facere dioecesim, qui superius continetur, ut constet commanentes a quo fuerint lavari regeneratione purgati. Et ideo, fratres charissimi, amotis ambagibus, & omni circuitione semota, hæc vos modis omnibus convenit investigare, ut ille maxime ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum quem scripsimus, constat debere permitti.

NOTÆ.

Neapolis. Ita etiam legitur in prima collectione sub h. c. 1. Sed cum inter epistolam S. Gregorii non reperitur hac Decretalis, nec eas duo Archiepiscopus illius Neapolitanus hujus nominis Victorius floruisse, satis constat, mendolam esse hanc inscriptionem. Antonius Concipus Evangelia promittit indicanti locum, seu epistolam Poinicianam

hanc Decretalem, nec eas duo Archiepiscopus illius Neapolitanus hujus nominis Victorius floruisse, satis constat, mendolam esse hanc inscriptionem. Antonius Concipus Evangelia promittit indicanti locum, seu epistolam Poinicianam

ex qua transcriptus fuit textus hic. Antonius Augustinus in notis ad hanc textam fatetur, se hæc verba tantum legisse in hac, & in prima collectione.

b Baptizaverit. Ad Episcopum enim ut ministrum ordinarium solemnitate spectat baptismum propriis subditis temporibus debitis solemniter conferre, ut dicitur in cap. univ. de cler. non ordin. ministri.

c Configurationem sub annua. Licet primis Ecclesie temporibus Confirmationis sacramentum statim post Baptismum administraretur, ut constat ex Theodoro ad illa verba 1. Cantico. Unguentum esset nomen tuum, ibi: " Si mystice magis vis intelligere, sancti baptismatis mysterium recordare, in quo qui initiatur, spiritali christmate innodati, sub ea visibili specie invisibilem Spiritum sancti gratiam suscipiant. " Ex Isidoro Hispalensi l. 2. de Ecclef. offic. e. 26. ibi: " Quoniam post baptismum per Episcopos datur Spiritus sanctus cum manibus impositione. Expellit ex Amalario qui de hoc more lib. 4. de ecclef. offic. e. 29. ita loquitur: " Nos vero prætere Episcopo simul baptizamur, & per impositionem manus Episcopi Spiritum sanctum accipimus " Idem refert Rabanus Maurus l. 1. de inst. cler. c. 30. his verbis: " Novissime autem a summo sacerdote per impositionem manus Paracleti traditur illi Spiritus sanctus, ut roboretur in Spiritum sanctum ad predicandum aliis idem donum, quod ipse in baptismate consecutus est. " Sed postmodum sine parentum incuria, sive multiplici curam onere, quo Episcopi in dies premebantur, mos invaluit, ut parochii baptismum ministrarent, & Episcopi certis per annum diebus suam dioecesim lustrarent, & a presbyteris baptizatos oleo consecrant; quod usitatum fuisse leopino saeculo Ecclesie, constat ex Beda, qui per ea tempora floruit, & in vita S. Guthberti Episcopi. 29. ita scribit: " Quodam autem die, dum parochiam suam circumiens monita illius omnibus ruri, in casis, & viculis largiretur, necnon etiam nuper baptizatis ad accipiendam Spiritus sancti gratiam manum imponeret, devenit ad villam eujusdam Comit. " Sequens ibi faculis crebrior eisdem moris mentio reperitur; nam in Synodo Francica, quam refert Vicecomes l. 1. de ritibus confirm. c. 5. ita statuitur: " Decevimus quoque juxta sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parochia habitans Episcopo illi subiectione sit, in cujus parochia habitat, ut semper in Quadagesima rationem, & ordinem ministerii sui, sive de baptismate, sive de fide Catholica, sicut de precibus, & ordine Missarum Episcopo reddat, & ostendat: & quancumque jure canoni-

co circumit parochiam ad populos confirmandos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum collatione, & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. " In Synodo Cabil. sub Carolo Magno, can. 14. ita legitur: " Cavendum Cabil. sub Carolo Magno, can. 14. ita legitur: " Cavendum sane est, ne cum Episcopi parochias suas peragrarent, quandam damnosum erga subditos, seu erga locos tyrannidem exercent. Observandum etiam modis omnibus, ut si quando eis peragendæ parochie necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in predicatione verbi Dei operam dent. " In Synodo etiam Suedicitione ita cavetur: " Quando jure Canonico Episcopus circumit parochiam, ad confirmandum populum, Abbates, vel Presbyteri parasi sine ad suscipiendum Episcopum in adiutorium necessitatis. Et Synodo Ticinensis can. 15. precipit Episcopis, ut quando confirmationis administrandæ causa dioecesim habeant, caveant diligenter, ne presbyteris magni, & profusi sumptus occasionem præbeant, his verbis: " Statuimus etiam, ne Episcopi, quando pro confirmando populo parochias circumissent, Archiepiscopos suos gravent. Juxta quem antiquum morem intelligenda sunt verba hujus textus supra relatæ.

COMMENTARIUM.

Um Ecclesie, & omnes basilica debeant dedicari, consecrarique per Episcopum propriam, in cujus confecturatur dioecesi, D. Clemens 67. 3. ibi: " In aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non liceat, nisi in his, in quibus Episcopus proprius jussit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente vicicem civitatem consecratus fuerit. Et c. nemo, de consec. dist. 1. Can. Vinciat, canon. 7. ibi: " Quicumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam edificare, & consecram, & voluntatem Episcopi habuerit, in cujus parochia fuerit, licitum fit. " Probat Vicecomes l. 2. de ritibus Missæ, 2. c. 23. Barbosa de pot. Episc. allegat. 27. late dicemus in c. 1. de consec. Ecclef. & dubitatur in præfati casu, quis dicatur proprius Episcopus ad basilicam consecrandam, impositur respondit illum Episcopum debere Ecclesiam dedicare, qui antea incolas illius loci baptizaverat, & sacro christmate confirmaverat; quia ille creditur proprius Episcopus loci, cui sacramenta ipsa non nisi a proprio Episcopo administrantur, ut probavi in c. quanto, de consec. Et sic, qui ratione possessionis, seu præscriptionis actus illis Ordinibus exercebat, etiam dedicationem Ecclesie facere valet; quia dedicatio ipsa etiam ad potestatem Ordinis spectat.

CAPUT II.

Gregorius Agapito a Abbati.

REbus venerabilibus, vel cultibet cultui desit obsequium, nostra debet sollicite cura prospicere. Quia igitur monasterium, quod in fundo Marciano provincie Campanie situm est, ita b hostilitate faciente, a congregatione funditus dicitur desolatum, ut ne unus exinde monachus, qui aliquam illuc sollicitudinem, vel curam debeat adhibere, remanserit: tuo illud monasterio cum omnibus rebus suis, vel que ei competunt actionibus, utile profectum usumque, ut res ejus tendit, vel a derinentibus vendicandi libera tibi sit, & sine aliqua dubietate licentia, in quod etiam studii tui sit monachos deputare, qui illic tempore, quo intervallum de hoste fuerit, & opus Dei celebrare, & decetero debeant servare. Nec aliqua illud præsumas excusatione negligere quod ideo caræ tuæ, ut sollicitudinem illic debeas adhibere, committitur. Ipsum autem monasterium sic tue nos ordinationi commississe cognoscas, ut tamen justidictionem illic non Episcopus e Surrentinus, in cujus civitate monasterium tuum est; sed a Nucernis, cujus est dioecesis, habeat. Nam sic hujus loci ordinationem disponimus, ut tamen jura sua singulis Episcopis inviolata servemus.

NOTÆ.

Agapito. Ita etiam legitur in prima collectione sub h. l. e. 3. & in ipsi epistola D. Greg. l. 9. ep. 67. ex quo regesto litteram hujus textus restituo; nullibi tamen exprimitur, cujus monasterii esset Abbas, de quo in presenti, sed tantum ejus monasterium fuisse in dioecesi Surrentina, ubi cum tris hujus Ordinis D. Benedicti sint monasteria, videlicet S. Renato de Surrento, S. Petri ad Crapulam, Archangeli de Publignano, non liquet qui ex eis monasterii unum fuisse monasterium, de quo in presenti. b Hostilitate. Longobardorum videlicet, qui his temporibus totam fere Italiam devastaverant. c Surrentinus. De dioecesi Surrentina nonnulla notavi in a. d. Nucernis. Nuceria etiam civitas Umbræ est in Italia,

prope fluvium Teniam, de qua, & ejus Præfatus plura tradidit Ughel. c. 1. Italia sacra, fol. 1115. & nos nonnulla adduximus in c. fin. de reuue.

COMMENTARIUM.

Erunt est, sumum Ecclesie Præfatum posse unire Ecclesiam unius dioecesis Ecclesie, seu monasterio alterius Episcopatus, & per hanc unionem omnia jura competencia Priori Ecclesie transire in monasterium, cui unita est: quia accessorium naturam sequitur sui principalis, c. vacanties, de statum. docent Gonzalez in reg. 8. Cancel. Moneta de commut. c. 1. q. 1. tamen jurisdictione illius Ecclesie unite remanet penes proprium Episcopum, ut ita sua jura singulis inviolata serventur; quare in præfati Gregorius docuit per unionem a se factam non violari jura prioris Episcopi.

CAPUT III.

Ex Decretis a Eugenio Papa.

DE Xenodochiis, & aliis similibus locis, ut per sollicitudinem Episcoporum, in quorum dioecesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.

NOTÆ.

Eugenius. Ita etiam legitur in prima collectione, sub h. l. e. 2. in cujus notis Ant. Aug. asserit, se tantum in his duabus collectionibus verba hæc legisse. Sed vere auctor hujus textus est Eugenius II. qui Synodum Romæ celebravit anno 826. in qua adfuerat Episcopi 63. pro reformatione, & instauratione discipline ecclesiasticæ, cujus canones referunt Baronius anno 876. n. 7. & in can. 24. sub tit. de Xenodochiis, & aliis similibus locis ita legitur: " Per sollicitudinem Episcoporum, quorum dioecesos existunt xenodochia, pro-

ocrophia, nosocomia, orphanotrophia, eremocomia, & monasteria, tam monachorum, quam sanctimonialium, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur, &c. qualiter Deo vacantes, inopia, vel necessitatibus nullatenus occupentur, sed omni expulsi cura, puris in Dei servitio valeant membris permanere. " Eandem can. postea innovavit Leo IV. in Synodo Rom. can. 23. unde constat compilatores hujus textus summum illud canonis de Xenodochiis, & aliis similibus locis, pro canone compilasse, & statim apposuisse priora verba ipsius canonis, satis immutata, ut brevitati conciderent.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III.

**L**icit ad ea, Et infra: Ad hæc super eo, quod questum est, utrum hospitalis domus possit in faculare habitaculum commutari, duximus respondendum, quod si locus ille ad hospitalium usum, & pauperum provisionem fuerit, sicut moris est, auctoritate Pontificis destitutus, cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari: sicut de vestibus, & ligneis vasibus, & aliis utensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter observat, & venerabilium Patrum edocent b sanctiones.

NOTÆ.

**A**rimin.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub h. tit. c. 4. ubi additur, pars capituli licet, ut cognoscamus, in præsentem referri partem textus in c. 3. de conjugio servorum. Ariminum antiqua civitas Italiae est, caput olim Senonicæ Galliæ, a flumine ejusdem nominis Ariminum appellata, Augustia etiam colonia dicta, ut plura de ea referens probat Ughellius t. 2. Italia, fol. 406. habet Ecclesiam Cathedralicam a Dionysio Pontifice consecratam, Deipara Virgini dicatam, cujus Præfati Rufino dicto missa est præsens epistola.

**Sanctiones.** Relatæ in c. de vestimenta, c. vasa, de consec. dist. 1.

COMMENTARIUM.

**E**x his duabus decisionibus præsens communiter deducitur assertio: Xenodochia, & similia pia loca sunt sub jurisdictione Episcopi, & non debent ad profanos usus converteri. Probant eam textus in c. quod 10. 18. q. 2. c. si quis 3. 21. q. 2. c. inter dilectos, de don. Clem. 1. de c. Conc. Aurel. 5. ca. 25. ibi: "De Xenodochio, quod Rex Childbertus, & Ultrōtha Regina in Lugdunensi urbe condidit, quos iustitiam ordinem subscriptimus, &c. quidquid præfati xenodochio, aut per ipsorum Regum oblationem, aut per quorumcumque fidelium elemosynam collatum, aut conferendum est, in quibuscumque rebus, atque corporibus, nihil exinde ad se quolibet tempore Antistes Ecclesiæ Lugdunensis revocet, aut ad jus Ecclesiæ transferat, ut succedentes sibi per temporum ordinem facerent, non solum de facultate xenodochii ipsius, aut de consuetudine, vel institutione nihil minuatur, sed dent operam qualiter res, & ipsius stabilitas detrimatur, aut diminutionem aliquam non patiantur. Prævidentes, ut Præpositi semper strenui, ac Deum timentes decedentibus substituantur, & cura agrotantium, ac numerus, vel exceptio peregrinorum, secundum inditam institutionem inviolabiliter semper stabilitate permaneat. Quod si quis quolibet tempore contra constitutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine, vel facultate xenodochii ipsius abulerit, ita ut xenodochium (quod avertat Deus) esse definit, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur," Conc. Cab. c. 7. ibi: "Defuncto Presbytero, vel Abbate, nihil ab Episc. auferatur, vel Archid. vel a quocumque de rebus parochiæ, vel xenodochii, vel monasterii &c. Synodus Tulles, p. 2. c. 14. ibi: Ut hospitalia, peregrinorum videlicet, & aliorum pro remedio animarum receptacula, &c. ab omni usu, & habita humana temeritate absolutum in eos usus, quibus sunt constituta, pietatem prædecesorum vestrorum sequentes, sub patrocinio vestro dignum est ut vestro tempore, & vestra sollicitudine restituantur. Qui enim agape pauperum, & sustentationem peregrinorum, & elemosinarum defunctorum defraudant, apud Sanctos Patres eorum necatores vocantur." Trid. sess. 22. c. 8. Illustringunt ultra conghos in præfati Garanna, & Barbolæ, idem Barbolæ lib. 2. juris Eccles. c. 11. Chopinus l. 2. de sacra pol. tit. 5. Petrus Greg. l. 1. parit. tit. 16. c. 1. & 2. Corvinius l. 2. apu. rism. jur. Pontif. tit. 25. Calar de eel. hist. q. 2. proom. § 5. & dist. 15. § 4. Espenceus ad D. Paulum l. 2. digress. cap. 1. Ughellius in method. jur. can. fol. 321. Tondatus resol. canon. 2. p. c. 1. § 1. Alcesteria lib. 2. dist. 1. c. 10.

Sed pro dubitandi ratione ita in præsentem assertionem insurgit. Xenodochia, & similia loca pia non sunt beneficia ecclesiastica, nec in titulum beneficii conferuntur. Clem. per histor. de p. r. b. c. t. imo nec sacra, aut religiosa loca sunt, nec pia dici possunt, imo potius privata loca censentur, & ita non gaudere privilegiis locis piis concessis, videlicet ut ad ea contingentes gaudeant immunitate ecclesiastica, & eorum bona non possint alienari sine solemnitate præscripta alienationum rerum Ecclesiæ, docuerunt Bellamera in d. Clem. 2. §. fin. Antonius Cuchus l. 4. instit. tit. 8. de visit. præf. a. n. 52. Redoanus de reb. Eccles. in rub. de his qui consentunt alienationi, §. sed qui, de bonis hospitalium, Gutierrez l. 1. canonis, c. 35. a. n. 18. plures apud Barbolam l. 2. de iure sacro, c. 11. ergo nullo modo xenodochia, & similia loca pia sunt sub jurisdictione Episcopi.

Qua difficultate non obstant, vera est præsens assertio, pro cuius expositione sciendum est, in terris, quæ ad pietatem, & causam religionis pertinent, esse hospitalia, in quibus opera misericordis, & pietatis exercentur. Hospitalis nomen generale est, complectens quacumque hospiti receptionem, c. dist. 51. de appell. c. per iudic. de arbit. Theophilus l. 17. de amore cogn. temp. fol. 464. Ea autem loca diversa fortuntur nomina, non propter diversitatem rationum, tum quia humane nature multiplex, & varia est miseria, cui in illis locis succurratur, ut docent Petrus Greg. lib. 15. synagog. c. 18. Mariana de Rege & regendi ratione l. 3. c. 13. Xenodochia di-

Conclusio deducitur & probatur.

BIBLIOTECA CENTRALI U. ANNE

Impugnatur traditio assertio.

De Xenodochiis & similibus locis.

quæ donatio illis facta non eger infuazione, l. illud 16. C. de sacro. Eccles. & quæcumque res ab illis ex causa lucrativa fuerit acquisita, a lucratorum inscriptionibus sunt immunes, l. hancimus, C. eod. rit. De his agitur in præfati capite de Xenodochiis, ubi: Salicritualium Episcoporum, & c. ad huc, ubi: Auctoritate Pontificis. Verum est erecta facta auctoritate Episcopi pro beneficiis ecclesiasticis non habentur, si Rectori in perpetuum, vel ad eius vitam in titulum non conferantur, aut solum conferantur, Clem. un. & ibi Glolla, de ter. permut. c. un. de eo, qui mittitur in possess. l. 6. Si vero abique Episcopi auctoritate erigantur, nec habentur pro locis religiosiis, nec in titulum beneficii conferri valent, de quibus agit in d. Clem. 2. de prob. c. 1. de eel. adific. in 2. collect. ubi ita Alex. III. scribit: "Si hospitale in aliquo loco abique oratorio feceritis, liberum erit vobis abique consentia Episcopi, in cuius parochia fuerit, ipsam domum construere: quod si oratorio ibidem facere volueritis, id abique licentia Episcopi non facietis, iustitia in omnibus servata." Late prosequuntur Calar de eel. histor. dist. 14. §. 4. D. Hledionus de Prada in anseri pro majori Collegio Ovetensi, c. curia 2. post librum Paris Mendi de iure academico. Semper tamen dicuntur loca pia, ut ab Episcopo visitentur, iuxta Trid. d. sess. 22. c. 8. quia sufficiunt, ut ad prædicta opera pia exercenda aere facta, ut loca pia dicantur, & ab Ordinario visitentur, nisi sint sub Regis protectione, ut prosequuntur Barboia d. c. 11. Solozanus de iure Indiar. tom. 2. l. 3. cap. 3. n. 59. Manet ergo, hospitalia erecta auctoritate Episcopi, religiosa centeri; sine eius vero auctoritate constructa, profana iudicari, ut resolvent Covar. l. 4. var. c. 20. n. 3. & ibi Ughellius, Cambacorta de immunit. eccl. l. 4. c. 1. 2. Correa, in c. inter alios, 2. p. n. 21. de immunit. eccl. Eslas, & Barbolus, in d. eel. Orphanotrophos, Valsicus consules 105. per v. Tiber. Decianus l. 2. tract. crim. cap. 25. Gutierrez, canonis. q. 35. Bobadilla l. 3. pol. c. 17. n. 39. & c. 18. n. 139.

Traditur ratio decisionis.

Constantinopol.

CAPUT V.

Innocentius III. a Constantin. Patriarche.

**I**nter quatuor. Et infra: De monasteriis quoque Græcorum in faculares canonicos convertendis, & c. respondeamus, quod quondam per regulares viros, five Græcos, five Latinos remanere poterint ordinati, non sunt ad faculares clericos transferenda: sed si regulares deserint, propter eorum defectum in eis faculares clerici poterint ordinari.

NOTÆ.

**C**onstantinopol.) Ita etiam legitur in 3. compilatione sub h. 2. c. 1. integrum autem epistolam retuli in cap. cum inter de cleric. peregrin. ex qua huius textus litteram restitui.

COMMENTARIUM.

**E**x hoc textu communiter deducunt DD. beneficia regularia non esse clericis secularibus conferenda, vel e contra, ad idque textum hic expendunt Garcia de benef. p. 7. c. 10. n. 6. Gonzalez, in regul. 8. Canel, gloss. 8. n. 43. Corrasius, de sacro, p. 1. c. 5. n. 7. & p. 3. c. 5. n. 13. Azor, p. 2. instit. moral. lib. 3. c. 26. q. 5. quos refert, & sequitur Barbolus, in præfati, p. 2. quod axioma expouit supra in c. quod del. de statu monach. Sed ex hoc textu id minime probatur, nec recte repetentes hic præsentem Decretalem accipiunt de reformatione monachorum faciendâ per monachos, & in eorum defectum per clericos: agitur enim in præfati de canonicis regularibus, qui frequenter appellantur monachi, & eorum Ecclesiæ monasteria, c. relationis, de prob. c. quia tua, 12. q. 1. c. presens 20. q. 3. Unde Innoc. III. qui fuit Canonicus regularis Later. in c. post translationem, de reuoc. Canonicos S. Frigidiani monachos appellat: late probant Bennotus, lib. 1. hist. canonis, regul. c. 38. n. 4. Dival, ad regul. D. August. p. 1. c. 1. n. 20. Unde cum Constantinopoliti, & in eus Patriarchatu essent plura monasteria canonicorum regularium Græcorum, capta Constantinopoli a Latinis temporibus Innocentii nostri III. plures

copi, & ideo in xenodochiis, & similibus locis supra relatis Episcopi jurisdictionem habent, ut late explicat Chopinus h. l. 2. sacra polit. tit. 5. per 111. Tondatus d. 9. 7. Similiter ratiocinandum est circa confraternitates laicorum, quæ dicuntur opera pia; & ideo Episcopus est iudex competens earum, non solum quoad visitationem, verum & causas precedentiarum, & quæ moventur circa officia earum. Maria de iurisd. casu 213. n. 4. Accius Ripol. var. c. 1. n. 468. Capibiancus de Baron. p. 3. n. 59. Marinus l. 1. resol. c. 117. Ricellus, & alii quos sequitur Frances, de competentis, q. 77. Et ibi est contrarium tenent quoad causas ipsarum confraternitatum Abbas, l. 1. c. 31. Covar. præf. c. 37. n. 8. Garc. de benef. 5. p. c. 1. n. 604. Et 607. Menochius de recip. rem. 15. ex n. 24. Salazar de usu, & consuet. c. 8. consil. 20. Parlador. l. 3. dist. 9. §. 1. Perez de Lara l. 2. de capul. c. 1. Per. Greg. l. 3. de reprob. c. 2. n. 9. Rebuffus de confrater. n. 8. Aponte l. 3. de reprob. 18. Gibalinus, tom. 2. sciens. can. l. 5. c. 8.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, nam præterquam quod in præsentibus iuribus agitur de xenodochiis auctoritate Episcopi constructis, ut ex ipsis verbis constat, licet alia xenodochia abique Ordinarii auctoritate constructa, loca religiosa non sint, nec in titulum beneficii conferantur; tamen loca pia existunt, & privilegiis concessis locis piis gaudent, quare ex verborum sententia in alienatione rerum ipsorum sollemnitas a iure præscripta alienationi rerum Ecclesiæ defenditur, ut descendunt Barbatia in c. nulli, n. 2. de reb. Eccles. Menochius, de recip. remod. 15. num. 22. Gutierrez, canonis. q. 35. n. 19. & 23.

Sed supra traditis adhuc obstat textus in Clem. 2. §. ut autem, h. 1. in illis verbis: "illi etiam, quibus dicitur locorum gubernatio, seu administratio committitur, ad institutum, & curatorum iuramentum prestare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, & Ordinarius, seu alius, quibus subeunt loca huiusmodi, vel deputatis ab eis, auctoriis singularis de administratione sua tenentur reddere rationem." Ex quibus constat, xenodochia non semper Episcopis, ut ordinariis Prælatibus, verum & aliis personis subiecta esse, & parere: ergo qui non semper xenodochia sunt sub iurisdictione, & jurisdictione Episcopi. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, in eo textu non negari, sed xenodochia semper visitari posse ab Episcopo diocesano; sed tantum assensu, quatenus rationem honorum esse reddendam ordinariis iudicibus, patronis, aut aliis personis, quibus ex fundatoris voluntate reddi debet; non tamen eo casu, quo rationes sumuntur a patrono, vel alia simili personâ, impeditur Episcopus ea loca pia visitare, & cognoscere, an fructus, & ceteri proventus iuxta testatoris dispositionem pie erogentur, ut probavi in c. si breves, de testam. nisi hospitalia sint sub speciali protectione Principis, nam tunc iudex secularis ea visitare potest, & est tantum competens in eorum causis. Trident. sess. 22. de reform. c. 8. variis decisionibus firmat Cabedo, de patron. Reg. c. 43. Ceuallos commun. 4. pure. q. 397. & 982. Solozanus l. 3. de iure Ind. c. 3. ex num. 51.

Disolvitur ratio dubitandi.

Expositio Clem. 2. & ut autem h. 1.

CAPUT VI

Idem Abbati, & Pratribus a Crypta Ferrata.

Constitutus in presantia nostra Episcopus Albanus in Ecclesia Castri, quod Pauli dicitur, in qua jussurronum monasterio vestro recognoscatur, a vobis jus Episcopale petebat, quoniam sita erat in multis privilegiis Romanorum Pontificum distinguendis suis dice. Alban. inter alias, in quibus Episcopalem jurisdictionem exerceret, hanc sibi esse in dicecesi Albanen. et tamen non tenebatur in aliquo respondere, cum Albericus quondam fundator de assensu sancti rec. d. B. Pp. prad. n. monasterio Crypte Ferrate sepeditam Ecclesiam contulisset. Preterea boni mem. e Dominicus Lavican. Episcopus, de quo non erat contentio inter partes, quod idem fuit Episcopus Albanus, universas Ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes, in dicecel. eadem sitas, & quicquid juris tam in monasterio quoniam dandorum in capite, per publicum instrumentum monasterio vestro concessit, ita videlicet, ut liceret Abbati, & fratribus ejusdem monasterii a quocumque vellet Episcopo, tam ordinationem clericorum, quam consecrationem altarium in ipso monasterio, & praedictis Ecclesiis obtinere, in quibus vobis tertium mortuorum indulgentiarum statu in perpetuum observandum. Verum est Ecclesia ipsa fuisse aliquando Ecclesia Alban. subjecta, monasterium tamen vestrum nihilominus legitima se potest praescribere tueri, cum per xl. annos ipsam pacifice possideret: quod per testes ident natus est economus comprobare. Ceterum economus Episcopi memorati ad objecta respondit, quod concessio fundatoris Albanen. Ecclesiae non nocebat, cum fundator solum jussurronas monasterio concesserit memorato, & ipse super iurisdictionem vobis controversiam non moveat. Concessionem autem Episcopi Lavican. non tenere dicebat, utroque continenter simoniacam pravitatem. Cum enim tertium g mortuorum monasterio concessisset eadem, & tam in ordinationibus clericorum, quam altarium consecrationibus indulgeret et plenariam libertatem, sic videlicet, ut ea possent a quocumque vellet Episcopo sine contradictione jus sibi obtinere, non est in dubium, quin cum spiritualia haec essent, quoniam eo ipso, quod super his recompenationem certe pensionis accepit, commisit vitium simoniae. Unde contractus hujusmodi, velut simoniacus, nullam obtinet firmitatem. Consecratio autem Apostolica. Sed, fuerat super hoc per subreptionem obtenta, cum in eadem de pensione nulla mentio habeatur. Et infra: Preterea nec insolitum est, nec novum, ut cum Episcopo Ecclesiam aliquam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus concesserit pias locis, aliquid feratur in eis nomine pensionis. Nos quoque cum vel libertatis privilegium, vel protectionis praesidium aliquibus Ecclesiis indulgemus gratis, accipimus centum gratias oblatum, & in litteris nostris ad successorem nostrorum memoriam censur exprimimus, & etiam quantitates. Et infra: Nos igitur auditis his, & aliis hinc inde propositis, economum monasterii vestri economo ejusdem Episcopi Ecclesiae Lavican. nomine in solutionem pensionis praedictae, iuxta ratam, qua contingit praedictam Ecclesiam, & restitutionem subtrahere a xl. annis secundum ratam eadem, per diffinitivam sententiam condemnamus, & eundem economum vestrum ab impetitione economi ejusdem Episcopi super aliis redditibus absolutum, perpetuum sententiam imponentes illi. Licet autem in instrumento concessionis praedicti Episcopi Lavican. expressa fuerit certa poena, quam pars contractum non servans solvere observanti, cum tamen utraque pars pervenisse contra illum, ex confessione propria convincatur, cum & pars vestra Episcopo subtraxerit pensionem, & Episcopus procuracionem egerit ab eadem Ecclesia, sicut economus profuit memoratus, utramque partem ab ea redditibus absolutam.

NOTE

- 1 F Ferrata. Ita etiam legitur in e. 2. hoc tit. in 3. collecti. Decretalis. Crypta Ferrata distat ab urbe Romana per decem millia passuum, & a planitie Romae agri per duo millia, ex parte in eminenti planitie posita ad orientem: ibi est monasterium Ordinis D. Basilii immediate subiectum Summo Pontifici, in quo Graeco sermone, & ritu divina officia celebrantur, ut refert Bernardus Schacus, lib. 1. Sicinensis infra, c. 7. extat inter Auctores Italiae illustrata: de quo monasterio in praesentia agitur, & aliam litem inter Abbatem ipsius, & Episcopum Albanen. super institutione presbyteri in quadam parochia monasterio subiecta, decidit idem Innoc. III. lib. 1. reg. 13. ep. 139.
2 Episcopus Albanen. ) Joannes videlicet, natione Lombardus, Episcopus Viethensis, ac Tuscaneus, qui creatus fuit Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis a Clemente III. anno 1189. & ab Innoc. III. Episcopus Cardinalis Albanensis anno 1199. ut refert Ughell. in Ecclesia Alban. n. 37. De dicecesi Albanensi nonnulla notati in e. 4. de temp. ordin. c. Intra communem. ) In e. omnia basilica, cum aliis, 16. q. 3. d. B. ) Benedicendi videlicet IX.
3 e Dominicus Lavicanus. ) Aliqui legunt Lavicanus, alii Lavican, alii tandem existant Dominicum cognomen Levitanum dicitur fuisse, ut refert Hollensis in praesentia. Sed ut haec verificentur, & illa sequentia, fuit Episcopus Albanensis, intelligantur, nec, & eius Ecclesiam unitam fuisse Tusculana dicecesi: unde licet legatur per ann. 1086. Dominicum Lavicanum Episcopum fuisse, ut refert Ughellus tom. 3. Italia sacra, fol. 268. tamen perit nomen Lavicana dicecesi, quia ea translata fuit in Tusulanam, & ita postea Episcopi Tusculani appellari ceperunt: unde cum iste Dominicus ex Episcopo Lavicano postulatus fuisse in Episcopum Albanensem, ideo in praesentia refertur, ipsam fuisse Episcopum Lavicanum, & Albanensem.
4 Ordinationem clericorum. ) Regulares enim debent recipere

CAPUT VII

Idem Abbati, & Conventui a Farsen.

Cum venerabilis f. n. I. & Sabin. Episcopus coram dil. fil. nostris R. tir. S. Anastasiae presbytero, & P. S. Lucia ad Septem Soli. Diacono, Cardinalibus, quos sibi, & R. procuratori vestro concessimus auditores, Ecclesiam S. Angeli de Cantia cum suis pertinentiis, & possessionibus petisset, afferens ad se eandem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere, allegavit ante omnia jus commune: quia cum eadem Eccl. constituta sit in dicece. Sabin. ut dicebat, sub ipsius debet consistere potestate, iuxta canonicas functiones. Et infra: In temporalibus quoque ad se dictam Ecclesiam pertinere idem Episcopus nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebat expresse, Joan. Sabin. Episcopum Hugoni Farsen. Abbati, & duabus personis post ipsum, Govaldo, & Panavello cum suis pertinentiis jamdictam Ecclesiam locavisse pro annua rv. sol. Papient. pensione, in assumptione B. Marie perfolvenda. Sed pars vestra propositum instrumentum praedictum nullam fidem penitus adhibendam, propter superlineam scripturam, & e rasuram loco suspecto factam, ubi videlicet annuatio temporis, recensetur. Fuit insuper episcopus parte propositum, quod cum ab Ecclesia S. Angeli nomine monasterii vestri multo tempore fuerit certa pensio Ecclesiae Sabin. soluta, manifeste liquebat, ad eandem Ecclesiam, a qua locatio fuerat facta, iure proprietaria pertinere. Et infra: Ad hoc autem procurator respondebat praedictus, quod etsi quidam testes se vidisse deponant Ecclesiam S. Angeli pensionem rv. sol. Sabin. Episcopo perfolvisse; nullum tamen ex hoc vestro monasterio poterat praescribendum generari, cum non appareat, pensionem ipsam ex parte monasterii fuisse solutam: & quamquam etiam testes afferant, se vidisse multoties praxatam pensionem exfolvi, non tamen ostendatur tanto tempore praescripta, quod usque ad praescriptionem legitimam portigatur. Item sicut ad rei proprietatem locatio facta non sufficit, ita solutio, nec perceptio pensionis. Et infra: His igitur, & aliis intellectis, qua coram Cardinalibus praedictis pars utraque proponere procuravit, quia nobis constat, praedictam Eccl. S. Angeli constitutam esse in dicecesi Sabin. de consilio f. n. Episcopale jus in omnibus spiritualibus eidem Episcopo adjudicavimus in eandem, illis dumtaxat exceptis, quae per authentica scripta eis dignoscuntur esse subtrahita. Et infra: Quia vero instrumentum praedictum, per quod Episcopus praedictam Ecclesiam praeindebat sibi quoad spiritualia vindicare, ad faciendam super hoc fidem invalidum cognovimus, utpote propter praedicta de iure suspectum: vos ab imperitione ipsius, quoad temporalia ejusdem Ecclesiae, duximus sententiariter absolvendos, eidem super hoc silentium imponentes.

NOTE

Farsen. ) Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 1. & in cap. cum venerabilis, de except. ubi de hoc monasterio nonnulla notati: ibi enim proponitur alia similis controversia inter Episcopum Sabinensem, & monachos Farsenens. non tamen ideo textus ille pars est praesentis constitutionis, ut voluit Hollensis in praesentia, quia diversa est hypothesis illius Decretalis: b. f. Sabin. ) Joannes videlicet, de quo egi in d. cap. cum venerabilis. c. Anselmus. ) Juxta textum in e. cum inter, de sede infra. d. Non sufficit. ) E. ad probationem, c. licet, Cujac. in l. 1. c. ead. tit. possessio tamen probatur per iteram solutionem pensionis.

CAPUT VIII

Idem a Lucensi Episcopo, Abbati de Melon, & Petro Joanni Archiepiscopo Astoric.

Cum dilecti filii R. Auriens. Decanus, nuncius venerabilis fratris nostri Auriens. Episcopi, & Magister Robertus monachus Cellanova, & Abbatissae filii nuncius, ad Sedem Apostolicam accessissent, nos eis dilectum fil. P. S. Marie in Via Lata Diacon. Card. concessimus auditorem, coram quo fuit ex Episcopi parte propositum, quod cum idem Episcopus Abbatem sibi lege dicecesana subiectum vocasset ad Synodum, ipse non solum non accessit ad ipsum, imo etiam S. Petri, & e. S. Columbae Prioribus, & Archiepiscopo Caucy in Auriens. dicece. constitutus prohibuit, ne ad ipsius Episcopi Synodum accedere attentarent, licet etiam vocarentur. Cumque dictus Episcopus, ut saltem humiliter Abbatem ad bonum obedientiae revocaret, & viveret in bono malum, ipsi mandasset, ut cum ad statutum terminum in monasterio expectaret, licet Episcopus illi, juxta quod promiserat, accessisset, Abbatem tamen non reperit, & portas monasterii clausas invenit, nec ad monachos aditus est concessus: propter quod Abbatem suspensum, & monasterium interdixit. Varum cura nec propter hoc Abbas ipse a suo contumaciae proposito resisteret, nec las in se, ac monasterium sententias observaret, in eum excommunicationis sententiam promulgavit, quam dictus Episcopus nuncius a nobis petit confirmari. Ceterum nuncius partis adverte peritorem ejus non esse admittebam propositum, quia licet monasterium ipsum infra metas Auriens. dicece. sit constructum, liberum tamen semper extitit, & ab omni jurisdictione, ac jugo Auriens. Eccl. a tempore suae fundationis exemptum. Preterea est Episcopus aliquam in eo (quod verum non erat) jurisdictionem habere: quia tamen Abbas de omni gravamine prius ad S. Apostolicam appellaret, sententiam in eum, & monasterium postmodum a latam, nullam idem nuncius obtinere asseruit firmitatem. Consequens est etiam idem nuncius ex parte Capituli Cellanova, quod dictus Episcopus Abbatem coram adeo circumvenit, quod contra immunitatem ipsius Ecclesiae, ipsi sententibus, ei obedientiam repraesentavit. Nos ad hunc super praedictis per memoratum Cardinalem instructi, quia causa ipsa in nostra poterat praesentia terminari, utpote cum nuncius monasterii super procuracione, vel rathabitione literas non haberet, eum vestro duximus examini committendam, disc. v. per Apostolica scripta mandantes, quatenus si vobis constiterit, Abbatem ipsum ad Sedem Apost. super hoc, antequam Episcopus in eum suspensionis, vel excommunicationis appellacionem remota penitus non tenere, aliquam faciat eas per. eccl. invalabiliter usque ad satisfactorem congruam observari. Quod si forsan Abbas ipse in exemptionis probatione defecerit, nec legitima fe poterit praescriptione tueri, licet probet se ante praedictas sententias appellasse, nihilominus tamen monasterium ipsum Auriens. iudicetis Ecclesiae subjacere, in eum dicecesis est fundatum. Similiter eo in appellacionis probatione deficiente, si vobis de exemptione, vel legitima praescriptione constiterit, tam Abbatem, quam monasterium ab ejusdem Episcopi, & Ecclesiae ipsius super hoc impetitione penitus absolvat, & factas quod decreveritis, per censuram ecclesiae invalabiliter observari, in mandato Apost. sine appellacionis obstaculo procedentes. Quod si non omnes, & c. Datum Laterani vrb. Kal. April.

NOTE

- 1 Lucensis. ) Ita restituo inscriptionem hanc ex epistolis Innocentii III. editis a Sirleto, fol. 28. & litteram hujus textus iam retuli in e. cum inter, 17. de re jud. & litteram hujus textus iam retuli in e. cum inter, 17. de re jud. & Regnum Siveorum, & tempore Theodomi Regis Archiepiscopi Cathedra decorata fuit, ut refert Loayias, in notis ad Const. d. n. d. Hodie tamen est Episcopus, suffraganea Archiepiscopi Comptellani. D. Roderico ejus Episcopo, qui fuit ex anno 1189. usque ad annum 1212. ut refert Egidius Gonzalez, in thesuro ipsius Ecclesiae, missa est praesentis epistola. De Afloricensi dicecesi nonnulla adduxi in e. 17. de re jud.
2 Melon. ) Monasterium hoc de Melon est in Gallicia, duabus leucis distans a Ripavia, in dicecesi Tuden. ubi Minus fluvius dividit Galliciam a Lusitania: est Ordinis Cisterciens. quod ample dixit Alfonso Imperator, ut constat ex ipsa charta donationis, quam refert Montague, tom. 1. annal. Cisterciens. ann. 1142. c. 11. n. 4.
3 S. Petri, & S. Columbae. ) Legendum est S. Comba, quae duo monasteria sunt Ordinis D. Benedicendi, & parent monasterio Cellanova, ut refert Yezes, tom. 5. chron. D. Benedicendi, anno 937. c. 7. unde Abbas Cellanova recte iudicare poterat illis Abbatibus, ne ad Synodum dicecesanam accederent.
4 Assurum agitur. ) Ex traditis in cap. 2. de appell. & Reprimis. ) Quo facto si vere exemptus erat, nec proprio monasterio, nec Sed. Apostolice praescribere poterat, ex traditis in e. cum tempore, de arbitrio.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.M.L.

COMMENTARIUM.

IN hoc titulo, & Decretalibus sub eo compilatis præcipue agit de jurisdictione Episcopi in loca religiosa, monasteria videlicet, hospitalia, & similia, iuxta illam partem presentis rubricæ: Ut Episcopi sint subiecti; in quibus iure communi fundatam habent jurisdictionem, cum intra eorum dioceses constructa reperiantur, & omnia 16, q. 7. c. monasteria 18, q. 2. c. decretorum, c. noviter 10, q. 1. c. cum persona, de præsil. l. 6. nam cum a principio sine Episcopi licentia constructi, dedicari, seu consecrari non possent, c. nemo, de consecr. dist. 1. c. quicumque 16, q. 1. c. quidam monachorum 19, q. 1. Justinianus in novel. 5, c. 67, in princ. c. novel. 123, c. 33. c. novel. 231, c. 7. merito post dedicationem, & constructionem debent manere sub jurisdictione Episcopi, in cuius diocesi talia loca reperiantur. Huiusmodi autem religiosa loca sub iure diocesano Episcopo duplici iure, diocesano videlicet, & jurisdictionis: illud consistit in cathedratico; synodatico, & procuratoriis exigendis, de quibus agit c. cooperatoria, de offic. Ordin. Lex jurisdictionalis consistit in sacramentis conferendis, in causarum cognitionibus, & in

coercendis delictis, c. videntes, 50, dist. c. interdictum 18, q. 1. c. 1. 18, q. 2. ita ut nullus in illis locis, nisi Episcopus, possit altaria erigere, vel basilicas consecrare. Concl. Hispal. 2. can. 7. aut virgines benedicere. Concl. Vormac. can. 8. triplici autem modo possunt monasteria, & loca hæc religiosa a jurisdictione Episcopi eximi. Primo si per Sedem Apostolicam exempta sint, & Pontifici immediate subiecta Secundo si ab Episcopo proprio facta fuerint iurium Episcopium renuntiatione de consensu Capituli, & Sedis Apostolicæ licentia, c. constitutus 6, hoc tit. c. palustris, de donat. Tertio exemptio acquiritur legitima prescriptione, c. constitutus, cum sequent. hoc tit. c. auditis 15, c. cum olim 18, de prescrip. Prior exemptio valde odiosa est, imo non facile concedenda, ut ait D. Bernardus l. 3. de considerat. ad Exemptum, c. 4. ubi eam rationem adjicit, ne monstrum facere videatur, membra auster locando in Christi corpore quam disposuit ipse. Unde talis exemptio ut iuri communi derogans, strictè accipienda est, cap. ult. in fine, de filiis presby. lib. 6. ne producat ultra loca ipsa exempta, cap. primo 17, cap. periti 20, in fine, de prævil. & ideo monasterio exempto non statim parochia, vel capelle illi subiectæ censentur exemptæ, cap. ex ore 17, de prævil.

C A P U T I X.

Idem in Concilio a Generali.

NE nimia religionum diversitas gravem in Ecclesiam Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, nequis de cetero novam inveniat religionem, imo unam de eorum de novo firmare, regulam & institutionem unam de approbatis accipiant. Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum monachi habere præsumat, neque unus Abbas & pluribus monasteriis præsidere.

NOTÆ.

Generalis. ) Lateranensis videlicet celebrato sub Innocentio III. cap. 13. ubi reperitur textus hic, & in quarta collectione, sub hoc tit. cap. fin. Occasione autem huic constitutioni dederat hæretici Valdenfes, alias dicti Pauperes de Lugdano, qui temporibus Innocentii III. superstitionum vivendi modum pro religioso invenerunt, iactantes se vivere secundum Evangelicam doctrinam, & cum petissent ab Innocentio III. hanc vivendi formam sibi & suis a seclis confirmari, & Innocentius renitente eam confirmare, ceperunt se veros Christi discipulos esse iactare, & variis erroribus implicari, credentes posse eam novam vivendi formam, ut novam religionem instituerent, & observare, ut refert Penna ad Hymericum 2. part. Dicitur, q. 14. Quare Innocentius III. in præfati canone 13. Concilii Later. noviter statuit, non posse novam religionem, seu religiosam vivendi formam in Ecclesia institui absque speciali summi Pontificis licentia. Accedebat turba Ordium, quibus populus non sufficebat. Mattheus Paris. ad annum 1258. Tot autem Ordines exorti sunt, quod hic hos, & converso supplantant, nec sufficit, ut concessit, populus eos plebeis e-leemosynis sustentare.

monachorum absque notitia Episcopi prohibemus institui. Refert Ant. Augull. in epis. l. 9. tit. 1. & merito, quia iure communi atque omnia monasteria, & eorum Prælatum sub jurisdictione, & dispositione Episcopi. Unde PP. Synodi Tal. in can. 40. & 41. prohibent quemquam in monasterium admitti, aut eremum secedere, & anchorosio probiteri, sine pravo Episcopi examine: late probat Pileaf. in c. quanto 7. de offic. Ordin. ergo non recte in præfati statuti, absque Pontificis speciali licentia non licet novam Religionem instituire, aut proficere.

Qua difficultate minime obstantè, vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, aliud esse novam religionem instituire cum nova vivendi forma, iuxta peculiaris vite normam, aliud novam monasterium constitui in aliqua diecesi: Sed sub regula religionis iam approbatæ novam religionem instituire cum peculiaris vivendi forma, hodie non licet absque expressa Rom. Pontificis licentia; olim tamen aliud observabatur: nam triplici modo poterat nova religio approbari. Primo tacito consensu Pontificis scientis, & consentientis. Secundo expressa approbatione ab ipso impetrata. Tertio confirmatione ab Episcopo diocesano petita. Olim enim ante præfentem constitutionem licuisse Episcopis in suis diocesebus religionem approbare, docuerunt Azor. lib. 11. instit. cap. 23. quest. 5. Bellarminus tom. 1. controvers. lib. 1. de monachis, cap. 4. Basilius Legion. dista q. 2. feli. cap. 7. c. lib. 7. de matrim. cap. 11. Marquer. in origine Eremit. cap. 4. unde videmus, florentissimas D. Basilii, Augustini, & Benedicti religiones multis fæculis in Ecclesia viguisse sine aliqua, quam legamus, Sedis Apostolicæ approbatione. Prima, quod ego soam, & monachorum, & canonicorum D. Augusti mentio facta est in Synodo Aquile. anno Domini 818, cap. 113. & 114. & regulæ eius mentio in Synodo Rhemensi sub Eugenio II. coacta anno Domini 823. hoc est fere quadragesimo annis post obitum Augustini, & ab Innocentio II. in can. prætiosissimam, 18. q. 2. hoc est in Concilio Later. sub eo Pontifice, quod nuper edidit Baronius tom. 12. annal. anno Christi 1159. & post Innoc. alii plures meminerunt. Basilii regule prima mentio fit in 7. Synodo generali sub Hadriano, anno 789. & ab Innocentio II. can. c. 12. Benedicti vero Regule meminist Gregorius lib. 5. dist. cap. 9. anno 590. hoc est annis quinquaginta post obitum D. Benedicti: Zacharias Pontifex anno 741. & Concl. Mogunt. anno 813. Synodus Rhemensis citata, Alex. II. & Innoc. II. & Alex. III. Pachomii, & Antonii, & Hieronymi regulam, quæ prorsus fæculis in Ecclesia vigerunt, nullam Pontificiam approbationem legitimus; communi autem sensui opponeret, & visu exciperet, qui diceret: tot eo tempore a fundatione usque ad approbationem expressam Sedis Pontificiæ religiones vere non fuisse, sed nomine tantum, cum Gregorius X. in d. cap. unic. hoc tit. in 6. absolute religiones appelles quod etiam indicat Bonifacius VIII. in c. natio de voto, lib. 6.

De appo- sitione. Igitur non sicut dicitur.

COMMENTARIUM.

EX præfati canone sequens communiter deducitur assertio: Non licet novam religionem instituire sine speciali Pontificis licentia: Prebant eam textus in cap. unic. hoc tit. in 6. cap. unic. de voto, eodem lib. Illustrant ultra conceptos a Barbofa, & Garanna in præfati, Suarez tom. 3. de relig. lib. 7. cap. 15. cum seq. Basilus Legion. lib. 7. de matrim. cap. 11. & q. 3. Scholast. cap. 7. Lemaitre lib. 1. de monachis, cap. 12. Landemet. de veteri mona. p. 2. lib. 2. cap. 2. Pet. Gregorius de benef. cap. 13. & lib. 13. de Regul. cap. 9. & lib. 3. parisi. tit. 17. cap. 4. Spino, in specul. leg. glori. 3. in princ. n. 4. Barbofa, de prescrip. Episc. alibi, 26. Solorzano lib. 4. polit. cap. 1. Azor. tom. 1. instit. l. 1. cap. 24. Frances. in pastor. regul. part. 3. anno 7. Pet. Herodius lib. 1. Pandel. tit. 2. cap. 8. Marquer. in origine Eremit. cap. 14. Bruno Caffing. de prævil. res. prævil. 13. Diana part. 11. tract. 2. res. sol. 25. Cellotius, lib. 4. de hierarch. cap. 10. Gibalin. tom. 1. fæcul. can. l. 2. cap. 3. n. 90. Sed pro dubitandi ratione in præfentem assertionem ita infuso. Ad novam congregationem regularem erigendam, novumque monasterium construendum sufficit Episcopi diocesani licentia, cap. quidam 18. q. 2. cap. de monachis 12. 18. q. 2. cap. 13. libi: Cellulas novas, aut congregatiunculas

Concilio deducitur & probatur.

Traditur ratio dubitandi.

debet diligenter, ne sub præterito majoris boni, & sanctioris vite hæretici oriantur, vel hæretici foveantur, ut de Valdenfibus supra reuli, & de aliis pluribus hæreticorum catibus refert Americus ubi supra: quæ omnia ut sedulo, & diligenter examinentur, recte statutum fuit in præfati textu, ut nova religio, seu religiosa vivendi forma non institatur, nisi cum speciali Romani Pontificis licentia: quod etiam firmavit Gregorius X. in cap. 2. hoc tit. in 6. Accedit, nam & apud Romanos, nec novam collegium, sodaliumve religionis causa congregari poterat inconsulto Senatu, leg. 1. c. 3. Digest. de Collegiis. Tertull. lib. de seipsum, ibi: Nisi forte in Senatusconsulta, & in Principum mandata conditionibus opposita delinquimus. Illustrat Brissonius de formulis, lib. 3. fol. 370. c. lib. 1. select. cap. 14. Unde merito ab Ecclesia statutum fuit, ne nova religio, seu vite monasticæ forma, inconsulto Romano Pontifice institui, & proficere possit. Nec tunc obstat dubitandi ratio supra adducta, nam omnia iura in ea expensa procedunt ante præfentem Concilii Lateranensis constitutionem; antea enim, ut supra dixi Episcopi poterant novas religiones approbare, & confirmare; attamen postquam inter alias causas majores hæc approbatio Romano Pontifici reservata est, non possunt inferiores Prælati prædicta potestate iure communi sibi competente uti.

8 Exponitur c. unic. de excel. prælat. l. 1.

Hucusque egimus de nova religione non institanda absque Pontificis auctoritate: nunc ut aliud membrum distinctionis supra n. 3. adductæ prosecquamur, sciendum est, quod licet iure antiquo novum monasterium constitui possit tantum de licentia Episcopi, c. si quis vult, 16. q. 7. novo tamen iure, ne in præjudicium parochialium Ecclesiarum nova constanter monasteria, eorum fuit, ne nova monasteria edificarentur, aut antiqua in alia loca transferantur sine Rom. Pontificis licentia, c. unic. de excel. Prælat. lib. 6. c. 4. de prævil. eod. lib. Clem. Cyprianus, de panis. Novioribus autem constitutionibus aliud observandum præscribitur in nova monasteriorum constructione, aut mutatione, duobus in casibus. Primum est, cum adificatur monasteria foris ab aliis Ecclesiis, & monasteriis. Secundum est, cum adificatur iuxta alia monasteria. Circa primum est decretum Trident. sess. 25. de regul. c. 3. ubi cavetur, ut monasteria erigantur cum auctoritate, & licentia Episcopi, in cuius diocesi construuntur: quo decreto sublata est constitutum text. in d. c.

TITULUS XXXVII.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

CAPUT PRIMUM.

Urbanus III. in Concilio a Claromont.

Congregato apud Claromontensem Urbem multorum Episcoporum Synodali conventu, proposita est nobis a quibusdam eorum quaestio de Ecclesiis, vel de ecclesiasticis possessionibus, a clericis vel monachis usque in præfentiarum, inconsultis Episcopis, acquisitis. Nos autem uti sanctorum consilio eorumdem Episcoporum, concedentes pro tempore, providentesque Ecclesiasticæ paci, vel quia aliter absque inevitabili scandalo periculo huiusmodi quaestio non poterat procedere, Apoll. Auditor. decernimus, ut ea quæ a clericis, vel monachis, vel a quibuscumque personis, prout poterunt, usque hodie fuerint acquisita, rata perenniter, & inconcusse permanent: hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia præsumant. In Ecclesiis, ubi monachi habitant, populus per monachum non regatur, sed capellanus qui populum regat, ab Episcopo per consilium monachorum instituitur; ita tamen, ut ex solius Episcopi arbitrio; tam ordinatio, quam depositio, & totius vite pendeat conversatio.

NOTÆ.

Claromontensis. ) Ita legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 1. ex qua inscriptionem, & litteram hujus textus transcribo. In hac 6. collectione legitur Urbanus III. cum legendum sit Urbanus II. in Concilio. Claromont. quod eius tempore celebratum fuit anno videlicet 1095. ut refert Bertholdus, & ex eo Cotiolanus in summa Conc. fol. 484. in quo Conc. innovati, & transcripti fuerunt canones Concilii Hostiensis in eandem causam celebrati, de quo hæc refert Bertholdus transcriptus a Cotiolano in summa, fol. 482. In Galliarum civitate, quam Hostionem vulgare dicitur, congregatum est generale Concilium a venerando Hugone Lugdunensi Archiepiscopo, Sedis Apostolicæ Legato, cum Archiepiscopis, & Abbatibus diversarum Provinciarum, 17. Kalend. Novemb. in quo Concilio revocata est excommunicatio in Henricum Regem, & in Guibertum Sedis Apostolicæ invasorem, & in omnes eorum complices. Item Rex Galliarum Philippus excommunicatus est, eo quod vivente uxore sua alteram superinduxit. Item simonica hæresis, & incontinentia sacerdotum sub excommunicatione damnata est: Item monachis interdicitur etiam in eodem Conc. ne parochialium sacerdotum officia in parochia usurpent. Ex Synodo etiam 7. refert apud Arvernia habitat. Ex exemplari August. Thuani refert Jureus in notis ad epis. 69. v. 10. hac verba: In Ecclesiis ubi monachi habitant, populus per monachum non regatur, sed capellanus, qui populum regat,

ab Episcopo constituatur, ita ut ex solius Episcopi arbitrio, tam ejus ordinatio, quam depositio, & totius vite suæ conversatio pendeat. Etiam Stephan. Baluzius in addit. ad Marcham, lib. 6. concord. Sacerd. Ep. Imp. c. 31. edidit Concilium hoc Claromont. ex vetero C. MS. monasterii Arianensis, ubi ita in iplo Concilio legitur: Anno Domini Incarnationis 1095. indict. 5. 14. Kal. Dec. celebrata est apud Claromont. Avernis Synodus, presidente Dom. Urbano Papa, confluentibus diversarum provinciarum Archiepisc. num. 12. cum Episc. 81. & Abbatibus innumeris. Et in can. 4. ita cavetur: Sane quia monachorum quidam Episcopos jus suum auferre contendunt, statutus, ne in parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absque Episcoporum consilio presbyteros collocent; sed Episcopi parochie curam cum Abbatum consensu sacerdoti committant, ut ejusmodi sacerdotes de plebis quidem cura Episcopo rationem reddant, Abbatibus vero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant, & sic cuique sua iura servant. Unde credo, in prædicto Concilio Hostiens. præfentem canonem editum fuisse; sed cum postea ejus Conc. canones transcripti essent in Conc. Clarom. sub Urbano II. celebrato, ideo textus hic citatur in hac prima collect. ex Urbano II. quia ejus auctoritate Concilium hoc celebratum fuit. Etiam verba hujus textus ex septima Synodo apud Arverniam, quæ eadem est cum prædicta Claromontana, in antiquo exemplari Præfidi Thuanii se elegisse testatur Jureus ad Epist. Carmelites epistolae.



NOTAE.

Venetensi. ) Etiam ita legitur in quinta compilatione, sub hoc tit. c. 2. ex qua restituo integram hujus textus: in presenti referbit Pontifex Guillelmo Venetensi, de qua dicecisi nonnulla notavi in cap. 2. de in integrum resti...

COMMENTARIUM.

Summum Pontificem dispensare posse in legibus Concilii generalis, omnes Catholici affirmant: illud tamen apud ipsos non liquet, an tunc necessaria sit expressa mentio ipsius Concilii in eius derogatione? Et plures docuerunt, desiderari expressam mentionem Concilii generalis, moti auctoritate hujus textus, & auctoritate textu in c. nonnulli, de refer. ita docuerunt Covar. lib. 4. var. c. 16. n. 13. Sanch. de matr. lib. 4. disp. 26. n. 6. Gonz. ad reg. 8. gl. 18. n. 103. Gar-

CAPUT IV.

Idem a Burdegalen, Episcopo.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod nonnulli b monachi lege tibi e dicecesana subiecti, in quibusdam Prioratibus habitant solitarii, contra statum Concilii generalis: ideoque f. c. mandamus, quatenus ipsorum monachorum Abbates, seu Priores, ut vel ipsos ad claustrum revocent, facientes in ipsis Ecclesiis deserviri per clericos seculares; vel alios monachos eidem d adfocent, cum quibus vitam possint ducere regularem, mentione praemissa, per censuras Ecclesiasticas, appellatione remota compellas, proviso quod ad exemptos manum occasione mandati hujusmodi non extendas.

NOTAE.

Burdegalensi. ) Ita etiam legitur in quarta compilatione, sub hoc tit. cap. fin. ex qua textum hunc transcribo. De dicecisi Burdegal. nonnulla notavi in c. 17. de major. c. obd.

Dicecesana. ) De lege dicecesana, & qua sub ea comprehenduntur, egi in capite commentum de offic. Ordinis. d. Asserit. ) Juxta text. in c. quod Dei titulum, de statu monach. adeo enim Ecclesia abhorruit, ut monachi singuli, solumque in Prioratibus, & Ecclesiis monasterio subiectis degerent, ut potius operaverit in eis praefici clericos seculares, quam singulos monachos in singulis Prioratibus institui, ex ratione tradita in d. cap. 2. ubi alia, quae ad hunc textum spectant, adduxi.

TITULUS XXXVIII.

De Jurepatronatus, & Ecclesiis a laicis concessis.

CAPUT PRIMUM.

Ex a Concilio Mediolanen.

Relatum ad nos est, quod inter haeredes Ecclesiae in b rebus propriis constituta dividantur; & tanta per eandem divisionem simulata oriatur, ut unius c altaris quatuor partes fiant, & singulae partes singulis habeant presbyteros, quod sine d discordia, & similitate nullo modo fieri potest: unde nobis visum est, quod hujusmodi Ecclesiae inter haeredes dividi non debeant; & si in contentione venerint, & similitates inter eos surrexerint, per quas sacerdos suo ibi officio canonice fungi non possit, praecipatur ab Episcopo civitatis, ut nullo modo ibi Misarum solemnia celebrentur, donec illi ad e concordiam redeant, & pari voto, atque consilio Ecclesia illa sacerdotem canonice habeat, qui libere ibi suum f ministerium peragere possit.

NOTAE.

Mediolanen. ) Ita legitur in hac sexta collectione; in prima autem, sub hoc tit. c. 1. & apud Burchardum lib. 3. Decret. cap. 42. Carnot. part. 3. Decret. c. 46. textus hic citatur ex Concilio Mediomatrac. Et licet nulli essent canones Synodi habitae a Carolo Magno in Mediomatracum civitate, de qua Symundus ad Capitularia Caroli, cap. 208. tamen quia in Synodo Cabilonensi celebrata tempore ipsius Imperatoris anno 813. transcripti fuerunt plures canones editi in Synodis praecedentibus, ideo in canone 26. ipsius Concilii reperitur verba, hujus textus, ex quo, & antiquis Decretis ita ea restituo.

Abbatem 18. g. 2. Lambert. lib. 1. de jurep. p. 1. lib. 1. qu. 7. art. 2. Barb. de jure Eccl. lib. 3. c. 12. n. 28. Mancin. sacri juris contrav. dissert. 9. dicemus infra in cap. n. 1. Deinde deducitur, juspatronatus Ecclesiae appellari Ecclesiam ipsam, sicut & beneficium ipsius Ecclesiae, & Praetura dicitur Ecclesia, c. praetura, c. consulari, hoc tit. c. 3. n. Prelari vice sua, notant tere omnes antiquiores hic; si enim Ecclesia in presenti acciperetur stricte pro ipsa Ecclesia, daremus in ea successorem admitti, contra adducta in cap. 1. de proband.

& commorari, ita & easdem res communiter possidere difficile est, cum eam communio plerumque parat discordias, l. cum pater 77. §. dultissimis, ff. de legat. 2. l. in te communi 26. de foro. Urban. Illustrat. Forner. lib. 3. verum quod. c. 8. Unde nemo cogitur in communione permanere, l. 14. §. 2. ff. communi divid. l. ult. c. vlt. c. Concordiam. ) Veluti, ut alternis vicibus, cum Ecclesia vacaverit, presbyterum praesentem, ut plerumque fit in his rebus, quae indivisae sunt.

Ministerium. ) Hoc est Missae sacrificium, quod frequenter ministerium appellatur. Svidas verbo Liturgia, ibi: Liturgia proprie dicitur ministerium, Divus Jacobus in sua Liturgia, ibi: Absolutus exhibitionem sacri hujus ministerii. Amphilocheus in vita S. Basilii: Eamus ad peragendum sanctum Dei ministerium. Metaphrastes in vita SS. Petri & Pauli: Dominus sacrum obvans ministerium. Illustrat. Vicecomes vol. 2. de Missa tribus, lib. 1. c. 7.

CAPUT II.

Ex Concilio a Triburiensi.

Quicumque Ecclesia a compluribus coheredibus sit obfessa, concordii unanimitate undique procuretur, ne propter aliquas disceptationes servitium Dei minuat, & cura populi religiose agatur. Si vero contingat pro ea participes dissidere, & sub uno presbytero nolle eam procurare; & propterea jurgia, & contentiones, tam inter ipsos, quam inter clericos incipient frequentari, quia juxta b Apostolum servos Dei non oportet litigare, Episcopus tollat inde reliquias, & sub magna cura honorifice colloct eas, atque ejusdem Ecclesiae claudat ostia, & sub sigillo consignet ea, ut sacrum ministerium nullas celebret in ea antequam concordii unanimitate unum omnes eligant presbyterum, qui idoneus sit sacrosanctum locum procurare, & populo Dei utiliter praesse. Hanc autem habeant auctoritatem Episcopi, ut in nonnullis Ecclesiis nec constituantur presbyteri, nec expellantur, illis inconsultis, & non contententibus. In epistola beati Papae Clementis legitur: Attendendum summopere est omnibus presbyteris, & reliquis clericis, in epistola beati Episcopi proprii licentia agant: non utique Missas sine ejus jussu quicumque presbyterorum in sua parochia agat. Similiter & reliqui populi, majores scilicet, & minores, per ejus licentiam quicquid agendum est, agant. Animae vero eorum ei creditae sunt; ideo omnia ejus consilio agere debent, & eo inconsulto nihil.

Hoc est Missae sacrificium, quod frequenter ministerium appellatur. Svidas verbo Liturgia, ibi: Liturgia proprie dicitur ministerium, Divus Jacobus in sua Liturgia, ibi: Absolutus exhibitionem sacri hujus ministerii. Amphilocheus in vita S. Basilii: Eamus ad peragendum sanctum Dei ministerium. Metaphrastes in vita SS. Petri & Pauli: Dominus sacrum obvans ministerium. Illustrat. Vicecomes vol. 2. de Missa tribus, lib. 1. c. 7.

NOTAE.

Triburiensi. ) Cap. 32. ex quo litteram textus restituo: etiam ex eodem Concilio citatur textus hic a Burchardo lib. 3. Decret. cap. 224. Carnotensi p. 3. Decret. c. 283. Papiensi in 1. collect. sub hoc tit. cap. 2. De Concilio hoc Triburiensi nonnulla notavi in cap. cleric. de vita, & honest. cler.

Deo impetretur, ut nonnulli olim faciebant, de quibus in Conc. Tol. 13. can. 7. ita cavetur: Vix his qui faciunt opus Domini fraudulenter, & desidiose, propheticus sermo annuntiat. Et si illius incurant, qui negligenter opus Domini faciunt, quod supplicium merebuntur, qui divinae servitium cultum, malitia intercedente, ab altaribus Christi subducunt; illos dicimus qui obstinata mentis doloitate consisti, cum aliqua eos molestia fratrum jurgiorum papaverit, insana illico temeritate abrepti altaria nudantes sacris vestibus exunt, luminaria subtrahunt, ac divinarum sacrificationum cultum malitia intercedente subducunt. Et quod in hominibus se vindicare non possunt, injuriam Deo (quod peius est) inferant. Unde si hujusmodi profanum odio homicidam reatu adstragitur, pro contemptu divino quid poena merebitur? Etiam juxta quod divinus sermo increpat: Si peccaverit in virum, quis pro eo rogaturus est? Facile ergo talium sacerdotum excessibus illa Domini sententia coarbitabitur, qua malitia percussit sacerdotum. Dicit enim: Honorificantes me honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quicumque ergo sacerdotum, vel ministrorum deinceps causa cujuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare divinum vestibus sacris seque praesumpserit, aut qualibet alia lugubri veste accingit, etiam si consueta laminariorum sacrorum obsequia de templo Dei eduxerit, atque (quod peius est) occasionem nutriet, unde de templis Domini, aut officia consueta desinat, aut oblationi singulari sacrificii videatur in aliquo defraudari, si eum antea verae penitendinis coram Metropolitanis satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuae mancipatus, juxta superiorem sententiam Domini, & loci sui dignitate se noverit, & honore privari. Illis proculdubio personis ab hac ultionis sententia separatis, quae aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctae fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obidionem perferentes, seu etiam divinarum judiciorum sententiam metuentes, tale fecisse contigerit, in quorum facto plus humilitas, qua Deo placeat, quam interni laboris doloitas declaratur. Qui abusus apud alienos valde ignaros irrepit ex facto Episcopi Aquisanis, quod refert Greg. Taron. de gloria confessor. c. 71. his verbis: Denique condemnatus, spoliatus, que sacerdos ad urbem rediit, atque prostratus in oratione coram sepulchro Sancti, dicto Plalmi capitulo, ait: Non hic accendatur lumen, nec psalmodum modulatio canetur, gloriosissime Sancte, nisi prius ulciscaris servos tuos de inimicis tuis, resque tibi violenter ablatas Ecclesiae sanctae restituant. Haec cum lacrymis effatus, sentes cum acutis aculeis super tannulum projecit, egressusque clausis ostiis, similiter in ingressu altas collocavit. Typus iserat derelicti penitus loci. Nec mora, corripitur pervalor a febre. Decumbit in lectulo, exhorret, circum fistidit, & potum, proferat altaris jusse suspirium. Cui etiam interdum ab ardore febris sitis accederet, aquam tantum, nihil aliud hauriebat. Quid plura? In hac negotatione integrum ducit annum, sed mens prava non flectitur. Intrae labitur carianes cuncta cum barba, & ita omne caput remansit nudum, ut putares cum olim sepultum, nuper erectum fuisse post funera de sepulchro. Refert etiam Baron. an. 579. n. 16. Verum haec & similia Sanctorum facta admiranda potius sunt, quam imitanda.

COMMENTARIUM.

Ex his duobus canonibus sequens communiter deducitur assertio: Juspatronatus inter haeredes dividendi non debet; & si praesentem coram discordantibus presbyter non praesentant, cessatur a Missae sacrificio, donec unus pari voto, & consilio eligatur. Probat eam textus in c. considerandum, c. si plures, 16. qu. 7. c. 3. hoc tit. Constat lex 10. §. 12. tit. 5. p. 1. Illustrant ultra conge-

BIBLIOTECA CENTRALI U. A. N. E.